

ción sus graneros q̄ morar al pobre, le fa-
voreció el Sr de manera, q̄ al ir a los di-
chos graneros hallaron que no se podían abrir
las puertas q̄ lo q̄ estaban llenos.

(23)

De Turtura.

Turtur idem est ac Cantus, et gemi-
tus, et gemit, et placet. Luporum incursus
devitans, squilla folijs nidum suum instel-
lit; unde lemma: Sic tuta quiescam.

S. Ambrosius hoc emblemate jejuni-
um, vel prudentiam vult intelligi; quia utra-
que haec virtus lupum infernalem in fugam
agit.

S. Chrysost. homil. 52 ad populum: Verè
lugendi domus est Monasterium, ubi saccus, et
cibus, et solitudo: ubi risus non est, neque sacu-
larium turba negotiorum: ubi jejunium, et stru-
tum humi cubile; omnia pura à nidore, cuori-
bus, tumultu, gesturbatione, et vexatione.

Nidus idem est ac quies in solo
Deo, non autem in curis.

S. Ambros. in orationibus: Procul pro-
jectus sum à facie Dei mei in hanc exilij ca-
ecitatem, ubi expulsus à paradisi gaudijs de-

gloro quotidie mecum super miserias capti-
 vitudinis mea lugubre carmen, ingentes que la-
 mentationes, dum recorda tui Mater Hieru-
 salern, dum stant pedes mei in atrijs tuis Sancta,
 et Quocora Sion.

Quare sic nobis obcuravit lucem,
 et obduxit tenebras? ut quid nobis abtulit vi-
 tam, et inflixit mortem æumnosam? Unde su-
 mu expulsus, unde præcipitatus, quo obruit? A
 Patria in exilium, a visione Dei in cecitatem
 mentis, a jucunditate immortalitatis in amari-
 tudinem, et horrorem mortis. Misera mutatio
 est; sed de quanto bono in quantum malum!
 Grave damnum est, gravis dolor, grave totum
 est. = Sic de originali peccato conquaritur =

O Patria nostra, patria secunda! a lon-
 ge te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab
 hac valle te suspiramus, et nitimur in lachri-
 mis, si quomodo ad te perveniamus.

Turtur symbolum est Desiderij
 de Cælo obtinendo: Jejunij, prudentiæ, a-
 moris conjugalis, vidualis castitatis, et Re-
 ligionis gementis. Turtur, conjugio mortuo,
 vitam calibem ducit, ac castitatem custodit.

S. Ambros. libr. 6. in Hexamer.
 Cap. 4: Quamquam Dominus etiam minusculi

infudit prudentiam! Turtur nido suo, ne pullos
suos incurset lupo, squilla folia superiacit:
novit enim, quod hujusmodi folia lupi fugere
conueverunt.

Charus mihi Auctor De turture ce-
cinit:

Desere surgentes septimo vertice
colles

Vasta que terrarum perlege, mon-
te sola.

Albion exterrans translata adolescit
in aeras

Arbor: sic tolles culmen in aethra
tuum.

De dignioribus eligendis.

En D. Thomam 2.2.^e q. 63. a. 2.
et in Quodlibeto 18. a. 3. Capere: digniores i-
bi esse eligendos videbis; quod Lessius sequi-
tur, et ait, ita de jure divino fieri debere, con-
tiam quod nullo tempore praescribitur, ut quo lon-
gior fuerit ejus abusus, eo fiat delictum gra-
uius. Electores certe fideles esse debent in do-
niis patrimonialibus Iesu Christi Domini sui, et
non acceptores personarum: et si indignos eli-
gant, violant iustitiam distributivam, sunt que

omnium male factorum ab ipsi particeps:
 et ut causa immediata tenentur restituere ob
 lucrum cessari, et damnum emergenti Ecclesia.
 Et Soto libr. 3. De Iustit. q. 6. a. 2. conclus. 7.
 Et Concilium Tridentinum Ses. 24. cap. 1. de re-
 form, ubi definitur mortaliter peccare, nisi dig-
 niores eligant. Sunt electores Tutores, et Dis-
 pensatores, et tenentur rem Domini sui, quan-
 tum possunt, promovere, non sunt ipsi Domini.

Acceptioe personarum distributiva,
 vel commutativa violabitur iustitia. Roma Ec-
 clesia sunt communia, meritorum premia, et
 iustorum hominum honor ad bonum ipsius lecle-
 sia ordinata, et etiam electi. Unicuique datur
ministratio spiritus (ait Apotolus 1. Corint. 12)
ad utilitatem, Reipublica scilicet, et ad adi-
 ficationem Ecclesia, quod etiam ait cap. 14, et
 subdit, ut abundentis quaerite. Qui seriat (ait
 S. August. epist. 29 ad Hier.) si quis divitem
eligat ad sedem honoris Ecclesia, contempto pau-
pere, et sanctiore?

S. Hieronimus ait, ut refert S.
 Thom, quidam non quaerunt eos in Ecclesia co-
 lumnas erigere, quos cognoscant Ecclesia pro-
 desse, sed quos pluri ipsi amant, vel quorum